

# HOMERI

VITA, EX PLUTARCHO  
in Latinum tralata per IO. RHELLICANVM, Tigurinum: unà cum  
eiusdem Annotationibus margina-  
libus, ac Epistola nuncupatoria: in  
qua libri argumentũ continetur, &  
quibusdam *πολυτομασιγῶν*  
cauillis respon-  
detur.

I T E M

EIVSDEM IOAN. RHELLICANI  
STOCKHORNIIAS.

A D L E C T O R E M.

*Hoc Plutarchi opusculo nõ solum schematum troporũq;  
copia ac diuersitas, sed & disciplinarũ omnium semina,  
omniumq; ferè fabularum mythologia, philosophiæ de-  
niq; totius fontes apud Homerũ extare docetur. id quod  
se haud frustra in ipsa adeò libelli fronte admonitũ, Can-  
didus Lector agnoscet: ac optimi cuiusq; opera & uigi-  
lijs iuuari sua studia, grato animo accipiet.*

B A S I L E A E,

M. D. XXXVII.

## SEQUITUR STOCK

HORNIA S.



NOX erat, & coelo radiabant sidera  
 toto, Cales:  
 Luciferiq; ortum cantu praedixerat  
 Peruigil accelerat stratis, simul ocy  
 us omneis

Voce Simon uocat: omnes surgimus ilico lectis.  
 Induimur, ientamur, corripimusq; bacillum  
 Quisq; suum, niueum, uestigia certa tenere  
 Quo liceat: montis penetrare cacumen in altum.  
 Dum cliuum superassimus, comes unus & alter  
 Agglomerat sese: quorum unus colle tametsi  
 Nutritus foret, astrorum tamen ille meatus  
 Natura didicit duce sola. nanq; corusca  
 Stella Iouis magni mortalibus illa salubris,  
 Non ignota meat. non est incognita Martis,  
 Horribilis mundo, rutilans, & stella cruenta.  
 Non comites Solis, Cyllenius, & Venus alma:  
 Ensifer Orion, qui multos concitat hymbreis.  
 Nouit Vergilias orienteis tempore uerno.  
 Ut stabulum attigimus, placet hic requiescere iuxta  
 Fonticulum, & sacco Cererem depromere nostro,  
 Et caprae carnes: depromere dulcia uina.  
 Quis ubi corpora nostra refecta fuere, subinde  
 Inceptum per iter, scopulos, rupesq; per altas  
 Scandimus: interius dum cornu montis adheret.

Iuxta

Iuxta quod lacus est uiridis, non piscibus aptus.

Ima ualle situs: qui terram more Arethuse,

Alphei fluiuij ingreditur, præruptaq; saxa

Sic penetrat, donec spumanteis exerit undas

**Erlimbach.** Non procul à pago, cui nomen Riuus & alius.

Limpidus hic, gelidus, fons uiuus ualle reducta

Colliculo scaturit, certans cum Blandusiano

Fonte, gelu spectes, uitreum seu forte liquorem.

Hic iterum mensam struimus, lassataq; membra

Sternit humo, quicumq; cupit gustare ferinam,

Qui Cereris donum, ueteres qui cascolosq;

Nympha sitim sedat fontis Stockhornia nostram,

Dum pincerna sedet prope fontem pocula præbens.

Vina etenim seruare placet Ripensia, donec

Nos Stockhorne tenes, conscenso uertice summo.

Postquam exempta fames, & amor cessauit edendi.

**Gentiana.** Pergimus: & uarias herbas hinc inde notatas

Cunzius ostendit: quam formam Gentidis herba,

Helleborus niueus quam uim medicam gerat, insit.

Innumeras alias herbas monstrabat, & alpes

**Brendli.** Quos generant flores: quorum uni fuscus, & ater

Est color: ac odor est moscho fragrantior ipso.

Radice instar habet palmæ geminæ, hincq; uocatur

**Manus Christi.** Christimanus. nobis mora fictum fallitur, atq;

Scanditur alta crepido dein uix lata pedes treis.

Vnde iterum in campos, & pascua læta uenimus.

Donec per scopulos, & saxa minantia tandem

In iuga Stockhorni peruenimus: unde sub ortum,

Stagnis

S tagna, lacus, torrenteis Simmæ, Arulæq; fluenta,  
 O ppida spectamus: campos, uiridantia prata.  
 O cciduas sed equos ubi Phœbus mergit in undas,  
 I nnumeros monteis speculamur, ut æquora lata.  
 P auimus utq; oculos, stomacho latrante paramus  
 I n medio scopuli mensam: depromimus armum  
 S trepsicerotis, tum Cererem, dulcē quoq; Bacchū,  
 C aseolos ueteres: qui condimenta fuere  
 H eluctijs atavis nostris, exotica quando  
 N ullus aueret aromata, bellaq; nullus amaret.  
 D um prandemus ita accelerat bumulga iuuentus  
 L actea dona ferens mulctris, tenuesq; placentas. Sennknecht.  
 M ensa secunda fuit nobis hæc grata perinde,  
 A ttica ceu quondam bellaria grata gulosis.  
 N anq; alius lac potabat, Βούτυρον edebat  
 A st alius: iuuat hunc sed pressi copia lactis.  
 P ostquam exempta fames, sitis atq; repressa fuisset,  
 S urgitur: atq; animi causa deuoluere rupem  
 A uulsam scopulo placet, ac audire sonantem,  
 N ō secus ac tonitru, scopulis dum immurmurat altis.  
 H æc satis atq; super quum nobis acta fuissent:  
 O mnibus est animus descendere premnocerote.  
 E cce in descensu quiddam mirabile uisu,  
 A lpestris gallina statim præteruolat omneis:  
 A ccola saxosam quam gens idcirco uocauit, Steinhühli.  
 Q uod saxo gaudet, nec non uescatur arenis,  
 M agna tecta niue. hæc bombarbam dum iaculantes  
 I ntendunt semel, ac iterum frustra: tamen istic  
Hæsitat